

www.e-rara.ch

De Parallaxi Fixarum Annuæ Ex Rectascensionibus ...

Horrebov, Christian

Havniæ, 1747

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: NE 1823

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-48135>

Monitum paternum ad filios charissimos Christianum et Andream Horrebowios.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

MONITUM PATERNUM AD FILIOS CHARISSIMOS
CHRISTIANUM ET ANDREAM
HORREBOWIOS.

Qvod ex meo tædio animos vos sumpseritis instruendi observatorium Astronomicum ex animo gratulor; ita propediem spero futurum, ut de veritate parallaxeos fixarum annuæ convicti parentis causam defendere queatis, quod vobis non inglorium futurum auguror. Rotam meridianam tubo & filis instructam habetis ad antiquum signum in Amargria præterpropter compositam, & nova horologia; porro vos vobis & strenuis vestris conatibus permitto. In *Basi Astronomia* mea legitis cautiones in observatorio instruendo adhibendas, quibus forte præferendum est sequens compendium. Habetis exemplar *Adyti mei Astronomia* prelo jam diu paratum, in quo cernitur *Catalogus fixarum* fallere nescius ex *Triduo Roemeriano* ad diem 20 Octobris 1706 contextus. Hæ fixæ per adscriptas secundum *Hevelium* variationes pro 100 annis reducendæ sunt ad 20 Octobris 1741; atque an hæ variationes pro elapsis annis 35 recte se gerant, nec ne, per observationes tentando brevi deprehendetis tempore; usus enim circumspæctus faciet Artifices. Quotidie ad incessum horologiorum observandum est, & corrigendus est eorundem incessus, donec fixæ sufficienter ad eadem horologiorum momenta revertantur; quin & situs machinæ corrigendus, orientalem ejus polum ope cochlearum attolendo, vel deprimendo, simpliciter protrudendo vel retrahendo; & si hisce mediis *Catalogus fixarum* exhiberi nequeat, vitium erit in filamentis tubi, ita ut radius visorius per medium filum non existat axi machinæ rite perpendicularis, & proinde orbiculus orichalicus cum filis suis nonnihil translocandus pro re nata versus dextram vel sinistram. Per hæc media circumspæcte & patienter adhibita tandem efficietis, ut machina vestra cum horologiis exhibeat catalogum fixarum, & circulorum, in quibus quotidie volvuntur circumpolares, bissectionem. Qvod ubi obtinueritis, scitote, rotam vestram in vero meridiano volvi, & consequenter observatorium vestrum voto vestro certò respondere. Subinde deinceps vobis adero, quantum per præsentem ægritudinem ærumnosam & tædia licebit. Deo vos commendo & conatus vestros.

E Museo die 6 Sept. 1741.

